

[Propria w formacie pdf do pobrania](#)

## VERBUM DOMINI

### Lectio Epístolæ beati Pauli Apostoli ad Romános.

Rom 12:16-21

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

### R. Deo gratias

Bracia: Nie uważajcie siebie samych za zbyt mądrych. Nikomu złem za zło nie oddawajcie, ale starajcie się czynić dobrze nie tylko przed Bogiem, ale i przed wszystkimi ludźmi. Jeśli to możliwe, i o ile od was zależy, ze wszystkimi ludźmi pokój zachowujcie. Nie brońcie samych siebie, najmilsi, ale pozostawcie to gniewowi (Bożemu), napisane jest bowiem: Moja jest pomsta i ja odpłacę, mówi Pan. Ale jeśli by nieprzyjaciel twój łaknął, nakarm go, a jeśli ma pragnienie, podaj mu napój: tak czyniąc węgle ogniste zgromadzisz na głowę jego. Nie daj się zwyciężać złu, ale zło dobrem zwyciężaj.

### Sequéntia $\square$ sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

### R. Gloria tibi Domine!

Mt 8:1-13

In illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce, leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralýticus, et male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub

tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus, miratus est, et sequentibus se dixit: Amen, dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum: filii autem regni eiciuntur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Iesus centurioni: Vade et, sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

## **R. Laus tibi, Christe!**

Onego czasu: Gdy Jezus zstąpił z góry, szły za Nim rzesze wielkie. I oto trędowaty przyszedłszy pokłonił Mu się, mówiąc: «Panie, jeśli chcesz, możesz mię oczyścić». A Jezus, wyciągnąwszy rękę, dotknął się go mówiąc: «Chcę, bądź oczyszczony». I natychmiast oczyszczony był trąd jego. I rzekł mu Jezus: «Bacz, abyś nikomu nie mówił, ale idź, ukaż się kapłanowi i ofiaruj dar, który przykazał Mojżesz na świadectwo im». A gdy wszedł do Kafaranum, przystąpił do Niego setnik, prosząc Go i mówiąc: «Panie, sługa mój leży w domu paraliżem tknięty i wielce się męczy». I rzekł mu Jezus: «Ja przyjdę i uzdrowię go». A odpowiadając, setnik rzekł: «Panie, nie jestem godzien, abyś wszedł pod dach mój, ale powiedz tylko słowo, a będzie uzdrowiony sługa mój. I ja bowiem jestem człowiekiem pod władzą postawionym, a mającym pod sobą żołnierzy. I jednemu mówię: idź, a idzie, a drugiemu: przyjdź, i przychodzi, a słudze memu: czyń to, a czyni». A Jezus usłyszawszy to, zadziwił się i rzekł do tych, którzy szli za Nim: «Zaprawdę, powiadam wam, nie znalazłem tak wielkiej wiary w Izraelu. A powiadam wam, że wielu przyjdzie ze wschodu i z zachodu i zasiądą z Abrahamem, Izaakiem i Jakubem w Królestwie Niebieskim. Synowie zaś królestwa wyrzuceni będą do ciemności zewnętrznych: tam będzie płacz i zgrzytanie zębów». I rzekł Jezus setnikowi: «Idź, a jakoś uwierzył, niech ci się stanie». I uzdrowiony jest sługa onej godziny.